



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Miles potest tripliciter peccare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

422 Militum peccata

criminum maculas, dum omnium aut multorum libidini patet (quoniam & adulterii, & incestus, & sacrilegii reatus facile incurrit, præter fraudes extorsionesque quas exercent, aut quibus consentiunt) earum poenitentiae relinquamus. Quæ quando euenerit, sit confessor prudens, non curans discernere species à speciebus dictorum criminum: ne se & illam intentionem præcipitet inutiliter: sat est enim confusè tunc hæc dixi: vt declarauimus in commentariis tertie partis.

*Miles potest tripliciter peccare.*

**M**ilitum peccata pecularia sunt tria. Concutere pauperes: hoc est extorquere vi vel metu ab eis, & lædere etiam in persona quandoque. Calumniam inferre diuitibus, imponendo illis quòd sunt factiosi, quod sunt rebelles, quòd sunt hostes, &c. Et tertium quod est causa omnium, non contentari stipendiis suis: hinc enim concussiones, hinc calumnie, hinc prædæ, rapinæ, &c. Præter hæc autem tria quæ à Ioanne Baptista didicimus Luc. iii. ponit Aristoteles luxuriam: tanquam gens militaris nata sit ad carnis petulantiam. Implicatur quoque hodie multi eorum blasphemie vitio.

*Vindicatio semper est peccatum: & quid de mina.*

**M**inari, actus est vindicatiuus: & potest bene & malè fieri. Contingit autem in minis inueniri quintupliciter peccatum. Primò, ex malo comminato: si scilicet non est iustum. Et tunc esse peccatum mortale: quia iniustum ex suo genere est mortale, nisi minimum quid sit.

Secundò ex ratione comminandi: si scilicet minatur non ratione iustitiæ, vel correctionis, &c. sed ad ultionem. Et hoc tunc est mortale quum voluntas ultionis